



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-323694-p0001-9

DFG

DISPUTATIO JURIS ECCLESIASTICI
DE
JURE
PAROCHIALI
CIRCA
ADMINISTRATIONEM
SACRORUM,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO,
FRIDERICO WILHELMO
CORONÆ BORUSSICÆ ET ELECTORATUS
BRANDENBURGICI HEREDE &c. &c.
IN
REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
JUSTO HENNINGO Böhmer. L.
PROFESSORE JURIUM EXTRAORDINARIO
d. 29. Octbr. M D C C I.
IN AUDITORIO MAJORI
PUBLICÆ ET PLACIDÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI
SUBMITTIT
FRIDERICUS EBERHARDUS LEHMANN,
BEROL. MARCH.
HALÆ MAGDEBURGICÆ.
Typis Orphanotrophii Glauch Hal.

Dissertatio q[ua]ris Eccl[esi]a iustificati
H[ab]ET H[AB]EAT
P[ro]P[ter]o PAROCHIALI
D[icitu]r GEORG[ius] HEINR[IC]US
ADMISIB[IL]IT[ur] A[ct]UONIEM
S[ecundu]m G[ra]M[mar]I
EG[er]T[us] M[od]ELLO
HERIDERIC[US] WILHELM[US]
C[on]G[reg]AT[us] BOR[us]IE[TA] ET F[re]TERAT[us]
B[ea]T[us] HERIDERIC[US] H[ab]ET[ur] S[ecundu]m
REGIA ACAD[em]IA HERIDERICIANA
EST OT HENNINGO Schult[er] F[iliu]s
IN AUDITORIO MAIORI
HERIDERICUS BEERHARDUS LEHMANN
Berol[us] MARCI
T[he]sis Q[ui]BBECKI[us] C[on]tra H[ab]ET
H[ab]ET MEDELL[us] MARCI

ILLUSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
Dn. GEORG. HEINRICO
DE BORCK,

S. Regiae Majestatis Borussicæ
Consiliario Intimo,

Tribunalis Appellationum Ravensbergensis
Directori Gravissimo,

S. Ordinis Johannitici
Eqviti.

Domino meo æternum devenerando
Sal. & obsequium.

Vir Illustris atque Excellentissime

Mæcenas eternum devenerande

DIVITIUS HENRICO



Vemadmodum sumnum
est fastigium, ad qvod tua
Te virtus evexit, ita qvo-
que maxime ardua sunt
Tua munia, qvæ gloriose
administrando, æternitatis tabulis Illu-
stre tuum inscribis Nomen. Qvæ cum
ita sint, merito ea, qva par est, veneratio-
ne suspicio omnia, & eo majori fidu-
cia Illustrem tuam Excellentiam jam
qvidem appellare haud erubesco, qvo
magis indulgentia singularis erga eos,
qvi optimis studiis operam dant, in Te
elu-

elucet; Et quidem me imprimis incredibilis Tua Comitas simulque gratus invitat animus, ut quicquid in me vi-
rium est, illud omne conferam ad demonstrandam Tibi meam observantiam devotumque animum. Qvod si enim mirificam illam Indulgentiam, qva Parentem meum meamque tenuitatem adhuc complexus es, intueor, infinitum esse comperior, qvod Tuæ Illustri Excellentiae debeam ut adeoque nulla occasio mihi intermittenda sit, meam erga te devotissimi animi promptitudinem declarandi. Cujus dum Academica consuetudo mihi jam copiam aliquam fecit, non potui non hasce meorum studiorum primitias, utut exiguae, Illustri tuo Nomi confecrare, tuoque summo patrocinio concredere; certa spe fretus fore, ut hoc qualemque devotæ meæ voluntatis debitæque observantiae pignus serena fronte acci-

pias,

pias, & hanc meam audaciam benigne
interpreteris. Qvod supereft, DEO
Ter Optimo Maximo supplicabo, ut Te
salvum ac florentem quam diutissime
velit conservare, cœptaqve tua & con-
filia privatæ publicæqve rei bono ex
voto prosperare. Vive interim, Vir illu-
stris: Vive potentissimo Regi nostro
F R I D E R I C O, Domino nostro lon-
ge Clementissimo: Vive Tibi, Tuis,
bonisqve omnibus per multos annos
felix, & qvod humillime rogo atqve
oro, ex Illustri tuo fastigio meam tenui-
tatem & qvaliacunqve mea studia porro
respicere non dediguare.

Illustris Tuæ Excellentiae

Hallæ Magdeburg.
d. 29. Octobris
A. O. R. M. DCCL.

*Devotissimus Cultor ac
Cliens*

**FRIDERICUS EBERHARDUS
LEHMANNUS.**


igne
EO
ut Te
sime
con-
o ex
r illu-
ostro
lon-
Tuis
annos
atque
tenui-
porro
A
de
m
ce
ex
s
ultr
ARDUS

bis, & p[er]tinet tunc etiam perindea
meritib[us] est. Quod tuncque est D[omi]n[u]s
Te Optimum Maximum Imperium, ut Te
etiam nunc regnent et dominentur quoniam
asie nobilitate, eccl[esi]astice, hisq[ue] bon-
atis puritate, sapientia, regno ex
loto p[ro]p[ter]eitate. Vnde interim, Vt illa
fusse, Vnde potius etiam Regni noscitur
ERRIDERICQ[UE] Domino nostro sicut
se Ceterum tamen: Vnde Tri, Tis
bonitate omnia per misericordias suorum
et[em]px, & duxit humanitatem logo trid[em]
deo, ex illius in transfigurationem
tempore & dasilicundae mensu bona
leibicess non accipitur.

W[illiam] T[he]o E[usebius]

Habens M[anu]scopum.
V. Q. R. W. DCC
Sed q[ui]am g[ra]m[ar]ia
C. G. C.

H[ildegardis] E[rebar]di
L[itterar]um



I. N. J.

DE

JURE PAROCHIALI CIRCA ADMINISTRATIONEM SACRORUM.

CAP. I.

De jure Parochiali circa cultum divinum, Confessiones, & sacram Cœnam.

§. I.



Vamvis cultus divinus ita sit comparatus, ut præcipue in *Spiritu & veritate* confistere debeat, & sic reqvirat internam cordis dispositionem, adeoq; secundum indolem Evangelii magis spiritu spontaneo & desiderio sincero expediti debeat, qvam frenis & compulsionibus Legum: Multa tamen circa cultum externum Legibus sunt constituta, qvo & spectat jus Parochiale circa cultum divinum, ut adeo in hac materia non tam ad internum qvam ad externum exercitium respicere debeamus.

§. II. Exserit autem ille sese cum primis in sanctificationi- *Sanctifica-*
bus SABBATHI & CONCIONIBUS publicis: De necessitate sanctifica- *tio Sabbati*-
tionis hujus apud Christianos servanda, varie disputatur inter *thi unde*
Theologos, plenisq; ad legem moralem eam referentibus: *dependeat*
Nonnullis ad Ceremonialem, uti Johannes Spencer, Theolo-
gus Anglus in *tr. de LL. Hebraor. Ritual.* ubi speciali dissert. *de Sab-*
barbo agit, qvam litem ut decidamus, nostri jam non puto esse in- *Majorum*
stituti. Referam hic solummodo, quid majores nostri hac de re *nostrorum*
senserint, ut inde jus Parochiale circa cultum divinum qvodam- *Sententia*
modo temperare possim. Ita autem in *Cathechismo majori ad de Sabbathum*
Præceptum tho.

A

praeceptum 3. p. m. 424. hac de re censuere : Nos dies festos celebra-
mus, non propter intelligentes & eruditos Christianos : hi enim nibil opus
habent ferijs, verum prino etiam corporalis cuiusdam causa & necessita-
tis gratia, quam & natura docet & exigit, nimurum COMMUNIS MULTI-
TUDINIS GRATIA, servorum ancillarum, qui per totam hebdomadem la-
boribus servierunt, ut & ipsi diem habeant, quia ab operibus respirantes
semel ex labore reficiant, & corpora fessa quiete firmare queant. Dein
de eam ob rem potissimum, ut die Sabbathi, quando alias eirei vacare non
licet, otium & tempus sumatur cultui divino serviendi, ita ut convenia-
mus ad audiendum & tractandum Dei verbum & deinceps Deum hym-
nis, psalmis Canticis & precibus laudemus, sed hoc, inquam, apud nos
NB. NON PERINDE CERTIS TEMPORIBUS, SICUT APUD IUDÆOS ALLIGA-
TUM EST, ut eirei hic aut ille dies dictus aut proficitius sit : NULLUS ENIM
DIES ALTERO MELIOR & PRÆSTANTIOR : Verum hæc quidem quotidie si-
eri debebant, sed quando MULTITUDO præpedita negotiis interessè ne-
queat, ad minimum unus aliquis dies per hebdomadem huic rei servien-
da eligendus est. &c. Ex hoc textu, ni fallor, quilibet cognoscere
potest, sanctificationem illam externam imprimis & præcipue
propter multitudinem h. e. propter rudiiores esse institutam,
non vero propter eos, quijam exercitatos habent sensus, quales
sunt omnes veri Christiani : Illi enim quotidie Deum sanctifi-
cant in cordibus suis. Rectius tamen fecerint, si etiam a nego-
tiis profanis abstineant, & ita, qui Ecclesia unanimiter Deum co-
lit, hunc Diem præcipue cultui divino in totum destinet. Ethuc
maxime respexisse videtur Magnus Fridericus Wilhelmus, Glo-
riæ memorix, Elector Brandenburg, in speciali Edicto, quod
contra profanationem diei dominicae Anno 1676. d. 22 febr. publi-
ce in terris suis proposuit, quodq[ue] refertur ab Ill. Dn. Stryk. in not.

Propter rudes apud nos stetinetur Sabbathum.

**Limitatio-
nes Carpz.** Ad Brunnem. *Jus Eccl. lib. 2. c. i. membr. 1. §. 8.* verba enim editi pro-
cessimia ita se habent : Nachdem wir nicht ohne sonderbares Leidwe-
sen mehr und mehr vernehmen müssen/ welcher Gestalt der Tag des
Herrn aufs vielfältige Art und Weise entheiligt / und es fast dahin
kommet/dass aus dem Sonntag ein Sünden-Tag worden. &c.

**circa san-
ctificatio-
nem Sab-
babi rej-
einnit.** §. III. Cæterum, quas hic Carpzovius lib. 2. tit. 15. def. 251. seqq.
limitationes adjicit, speciatimvero, quod per artem sagittariam
palæ-

palæstram, lusum commœdiarum &c. non putet profanari Sabbathum, hic operose non refutabo; cum talia sint, qvæ a vero Christiano, merito, aliena esse debeant. Progressurus ergo ad Jus Parochiale circa sanctificationem Sabbathi, constitutum invenio in Concilio Nanetano, ut Dominicis vel festivis diebus, presbyteri ante qvam missam celebrent, plebem interrogent, si alterius Parochianus in Ecclesia sit, qvi proprio contemto Presbyterio ibi velit missam audire: qvem si invenerint, statim ab Ecclesia abjiciant, & ita ad suam Parochiam redire compellantur. vid. c. 2. X. de Paroch. c. 4. C. 9. Q. 2.

*Concilii
Nanetani
constitutio*

*Cur Paro-
chianipre-
cise sacris
Ecclesia
Parochia-
lis interef-*

Ratio hujus constitutio-nis non adeo difficilis est; si saltim ad originem Parochiarum & earundem determinationem per limites certos velimus respice-re: unde non potuit non talis conclusio promanare. Fran-ciscus de Roy *Instit. Jur. Canon lib. 2. t. 14. §. 8.* duplicum hic allegat causam: (1) *Quia fideles ea die Deo (i. e. Clericis) aliquid offerunt* (2) *liis interes-ut pastor suas oves cognoscant & doceat, quid vere & sincere credendum, se teneant* qvomodo vivendum juxta regulis Evangelij Priorem qvodammodo tur.

admitto: Si enim liceret sacris alterius Parochiæ interesse, detra-heretur ita proprio Parocco, qvod ei offerendum erat. Po-
Parochiæ
steriorem vanam reputo: Rarissime Parochi omnes, qui sunt ro cognos-de Parochia, cognoscunt, licet semper hoc argumento pro jure cunt Paro-suo tuendo incedant. Ita enim Grossgebauer in der Wächter chianos.

Stimme c. 5. inquit: Ach leyder! wir haben acht auf die ganze Heer-de/wir haben nicht auf die halbe/ ja nicht auf den zehenden Theil der Heerde acht/ wie sich gebühret/da doch Gott die ganze Heerde und ein jegliches Schäfflein mit seinem Blut erkauft hat. Je grösser die Gemeinen sind/je grösser ist die Unwissenheit der Prediger an ihren Pfarr-Kinderen ic. Et si vel maxime aliquando alterius Parochiæ sacris intersunt; non tamen ab ejus cognitione propterea removen-tur; & deniq; qvid vere & sincere credendum etiam in alterius Parochia audire possunt. Ex qvo primum jus Parochiale ori-dicitur, scilicet jus cogendi Parochianos, ut non alibi, qvam in propria Parochia sacra percipient, qvod etiam provisum in Concil. Tri-cultum di-ident. sess. 24. de Reform. c. 4. ubi ita: *Moneat Episcopus populum dili-
genter,*

*Jus cogen-
di circa
cultum di-*

gerter, teneri unum quemq; Parochie sua, interesse ubi commode id fieri potest ad audiendum verbum Dei.

*Adducitur
Harmonia
nostrarum
Ecclesi-
rum.*

*Sensus or-
dinatio-
num Eccle-
siastica-
rum circa
hanc ma-
teriam o-
ruitur.*

§. IV. Nec a nostris Ecclesiis putes hoc alienum esse: Siquidem in plerisq; ordinationibus Ecclesiasticis id diserte cautum legimus. Sic in ordin. Ecc. Magdeb. c. 6. §. 2. vom Gottesdienst diserte injungitur, dass ein jeder zum Gehör Gottl. Worts vornehm. in der Kirchen darin Er gepfaret sich unausbleiblich einstellen solle. Verum cum hujusmodi sat providæ constitutiones Ecclesiasticæ a Parochis plerumq; in abusum trahuntur; penitus de sensu earundem ero sollicitus. Sicut scilicet in doctrina de sanctificatione Sabbathi respexerunt majores nostri ad plebem seu multitudinem rudem, contra vero Christianos eruditos huic trahere noluerunt: ita non putandum, mentem Legislatorum eousq; extendendam esse, ut & exercitatos, qui habent in fide sensus, comprehendat: Qvoad illos conductit, si Parochiæ sacris frequenter intersunt, ut eo rectius in viam veritatis reduci queant. Deinde qvocq; Parochi in exercendo jure tali non nimis stricti esse debent, qvod Serenissimus Legislator in dict. ordin. Eccles. verb. *vornehmlich* intendere voluit: qvo ipso tamen non negatur, qvod etiam Parochiani in alterius Parochia sacris quandoq; vacare possint. Et hinc quam maxime omnibus Parochis commendo monitum sincerum Illustris Dn. Strykii ad ius Ecc. Brunnen. lib. 2. c. 1. membr. 1. §. 7. inqvientis: *Mimine age forendum Ecclesia ministris, si auditores suos aliorum qvocq; conciones viriliter viderint, praesertim, si inde ab ordinariis concionibus se non subtrahant.* Et quamvis alias Pontificiis sat rigidi sint in exercitio sui juris Parochialis: Hic tamen saniiores fatentur, Concilium Tridentinum loc. cit. non loqui de obligatione, qvæ descendit ex Precepto Ecclesia, sed ex lege Charitatis vid. Barbosa ad Concil. Trid. c. l. n. 25. Qvod si etiam constitutiones circa hanc materiam cum Schulzio disp. de eo qvod just. est, circ. Paroch. c. 5. §. 3. restringere velis ad Parochias rusticas, me qvidem non adeo habebis dissentientem, cum ratio Christianismi vix videatur admitti posse, ut ad Parochias in civitate ubi plura inveniuntur tempa id extendi debeat. „*Imo potius* sunt verba Dn. Schultzii c. 1. Credo hoc ipsum adver- saril libertati Christianæ cum nusquam S. Scripturam præcepit, ut promi-

promiscue & absq; judicio ac delectu qvidvis ex qvovis audi-
 ant, sed velit potius, ut judicium discretivum adhibeant Paro-
 chiani agnoscantq; optima dona in Parocho *ad Luc. 8. 18. t Theff.*
 s. 21. Ergo concludit deniq; cit. Autor, modo absit reliqvorum
 Parochorum contentus, nescio qvid amplius obstet, qvo mi-
 nus Parochiani, qvibus ea contigit felicitas, ut vivere possint, in
 loco, ubi plures inveniuntur Parochi, qvorum unus alterum
 qvoad prædicandi donum antecellit, eo in casti illius Parochi
 conciones, ex qvibus probiores ac perfectiores se reddere pos-
 sent, diligentius freqventent, qvam istius, qvi propriæ præest *Male a-*
 Parochiæ. Porro Parochis ejusmodi, qvi ubiq; brachio secu-
 gunt Paro-
 lari in Parochia nos utuntur, judicandum relinqvo, an itajure *cbt, si bra-*
 suo utentes, verum scopum sibi propositum obtineri possint, i.e. *chio secu-*
 promovere salutem suorum, preces, admonitiones, & amoris *lari hic u-*
 declarationes plus efficient. Qvi coactus & tantum ex legis ne-
 cessitate facris interest, qvomodo is Deo cultum potest accepta-
 bilem præstare? Videtur huc respexisse B. Luth. *tom. I. Jen. Lat. cultus nul-*
fol. 134. a. ubi ita: Cogitur populus ad Parochiam & non obedit, qvia co-
guntur Sacerdotes Evangelizare & non faciunt. Deinde non infre-
 quens est, dari in aliqua Parochia Parochos, qvi vel concionibus *chialis de-*
 suis plane populum non ædificant; vel ob alios defectus natura-
 les parum proficiunt in Parochiis: Cum contra in proximiori *freqven-*
 tabulum animæ efficacius deprehendant, & inde se efficacius e-
 mendari posse autument. Hisce in casibus puto ex *interpretatione rochiali*
restrictiva Legem parochiale esse limitandam. Qvantis enim *restrin-*
 dispositum sit, daß einer in der Kirche in welcher er eingepfarrt das *genda, mo-*
 Wort Gottes hören solle; subintelligi tamen ex regulis Christinais-
 mi, ad qvas Legislator Christianus in dubio se confirmasse præ-
 sumitur, debet, (i) modo verbum Deieo modo profertaur, ut in-
 de animæ Parochorum ædificari possint. Si enim Parochi vo-
 lunt, ut parochiani suis intersint concionibus, facere utiq; debent
 ea, qvæ sunt sui officii, & ita conciones suas instituere, ne contra
 ordinationes Ecclesiasticas ipsimet peccent, ad qvas alias fatigati
 de provocare solent. Qvod si autem negligant illa, qvæ sui sunt of-
 ficii qvomodo possunt implorare auxilium legis, adversus qvam
 ipsimet impingunt. Audiant modo, qvæ so, qvæ leges ab ipsis re-
 quirunt

qvirunt, & secundum ea examinent suas conciones, & sine dubio se plerumq; in culpa esse, cur Parochiani eorundem concionibus non interfint, animadventent. Producam hic solummodo elegantem locum ex Ordin. Magdeb. Eccl. c. 17. §. 4. qvem omnibus Parochis commendo: Alle Lehren und Vermahnungen in den Predigten sollen sie dahin richten/wie sie vermerken werden daß es dem zur rechtschaffenen Besserung am nöthigsten sey/und dienen möge zu Gottes Ehren/zur Erbauung der Gemeine Christi/zu Christlicher Zucht in Ehrbarkeit und zu der Gott wohlgefälligen Einigkeit. (Sed hic ubiq peccatur) §. 5. Sollen insonderheit mit Fleiß treiben NB. die Lehre von der Rechtfertigung der Sünder vor Gott/ von der wahrhaftigen Buße und Befehlung / vom rechten Christenthum (loco scil. fabularum & Historiarum) von dem wahren Erkanntiss unsers einigen Erlösers und Seligmachers Jesu Christi von denen Sacramenten der Tauffe und Nachtmahls/ und NB vom lebendigen und durch die Liebe thätigen Glauben/ damit der falsche Wahn und sehr gemeine Irrthum/ als ob der wahre lebendige seligmachende Glaube ohne die Früchte guter Werke seyn könne/ deuen Leuten ausgeredet/ und daß wahre innerliche Christenthum recht gepflanzt/Jesu Christi völliges Verdienst aber vor der ganzen Welt Sünde denen Eingepfaretten zu Trost fleißig eingebildet werde ic. Anteqvam, igitur Parochi conqveratur, qvod Parochiani ejus deserant conciones, prius doceat, se in suis concionib; hæc crima, qvæ hic incompendio referuntur, eo qvo par est modo observasse, nec inutilibus Poëtarum & Ethnicorum dictis tempus consumpsisse, (2) nec alias justas & legitimas causas habeant, propter qvas interesse sacris suæ Parochiæ nequeunt.

§. V. Qværitur vero, qvid juris, si Parochiani concionibus nullis plane interesse nolint, an ad hoc possint cogi per poenas? Qvod si Carpzovio decisionem committeremus, res esset clara. Ita enim ille in Jurispr. Consist. lib. 2. t. 16. d. 255. n. 3. seqq. Cum Parochi ani sepe de fervore pietatis qvid remittant & cultum negligant, officium Magistratus requirit, eos ad hunc adigere & bortari. Conjungit hic quidem adigere & bortari, sed mox addit qvalem admonitionem intelligat, scilicet talem, qualem Imperatores intelligunt in affirmans. l. 3. pr. C. de SS. Trinit. uno verbo: *Armatam.* Pergit enim: *Qvin* no-

*An quis
remedii
civilibus
cogi possit
ad audiendū
concione-*

*Sententia
Carpzovij
affirmans.*

& nolentes & inobedientes pius Magistratus cogit & compellit inductione
 certe saltim arbitrarie alicujus mulctæ, qvam poenam putat esse sub-
 stitutam lapidationi, qvæ transgressores Sabbathi in V.T. afficie-
 bantur. Sed plura dubia hic iuberunt; qvæ anteqvam mihi e-
 ximantur, non permittunt, ut Carpzovii tentatiæ possim sub-
 scribere. Nam (1) Auditio verbi divini supponitur esse cultus
 divinus coactus Deo est abominationi. Colendus est in spiritu
 & veritate (2) oderunt peccare mali formidine poenæ (3) deficit
 finis ipsius cultus Dei, uno (4) magis profanatur nomen Dei,
 qvam ut glorificetur, (5) lapidationis exemplum minus conve-
 niens est. Num enim putamus, sanctificari Sabbathum, qvan-
 do talis formidine poenæ intrat Ecclesiam? Cur ergo non eodem
 modo a Magistratu punitur, qvi ex freqventatione templorum
 facit opus operatum, & ita eodem modo sanctificationem Sab-
 bathi violat? Non enim tam jejunus quisquam erit, ut putet ex
 freqventatione externa Ecclesiarum Sabbathum sanctificari, si-
 cut nec contra violatur Sabbathum, qvoties qvis templo plane
 non freqventar. Id enim licet concludere ex verbis *Cath. chisni*
majoris supra adductis §. 2. Accedit (6) qvod Magistratus qvæ
 talis circa ea, qvæ conscientias & salutem æternam tangunt, non
 possit procedere ut Magistratus, sed potius, admonitionib., non
 poenis. Sed tamen, urges, ita Magistratus est in causa, ut semper
 talis homo in perpetuo peccato vivat. Respondeo: qvid si jam
 Magistratus eum cogat, ut interfit sacrissimis, num propterea emen-
 datur? qvid qvod in causa esse videtur, ut magis profanet nomen
 Dei. Idem foret, ac si Judæos vellemus cogere ut nostris inter-
 essent sacrissimis, & ita eos convertere. Injustum certe esset, si rigi-
 do hoc jure vellemus superare ipsos Pontificios: qvippe qvine-
 gant, posse poenis aut multis cogi populum, ut eat ad audiendum
 concessionem in Ecclesia Parochiali vid. Barboſa ad Concil. Trid.
 sess. 24. de Reform. c. 4. n. 12. Gonزال. Tellez. ad c. 2: X. de Paroch. n. 2.
 Ergo pergis, si non brachio seculari; tamen censuris Ecclesiasti-
 cis ad hoc adigendi sunt. Ego vero nescio, qvalem tu censuram
 Ecclesiasticaq; intelligas. Meo judicio illa consistit in exclusio-
 ne a cœtu fidelium. At talis se ipsum jam excludit. Potius ergo e-
 jusmodi contemtor sacrarum a cœtu fidelium repellendus esset,
 qvam cogendus ad cultum sacrum peragendum.

Reficitur
 sententia
 Carpzovij.

Objectio de
 Lapidatio-
 ne in vio-
 latores
 Sabbathi
 removetra

An ita Ma-
 gistratus
 non cogens
 sit causa
 moralis
 peccati al-
 terius?

An quis ad
 audiен-
 dum ver-
 bum Dei
 censuris
 Ecclesiast.
 §. VI. cogi possit.

An Paro-
chus in a-
lienâ Pa-
rochia con-
ciones ha-
bere possit?
An ita tur-
batio sa-
crorum
fiat.

Quando
committi-
tur hoc
crimen.

Fundamen-
tum hujus
criminis.

Definitio
hujus deli-
cti.

Crimen
hoc vulgo
nullos ha-
bet limites

§. VI. Sicuti vero Parochiani non possunt interessere alterius

Parochiæ sacræ: ita & Parochius suis se continere debet terminis, nec in alterius Parochia concionem habere, invito illius loci Ministerio III. Dn. Stryk. in not. ad ius Eccles. Brunnem. lib. 2. c. 1. m. t. §. 7. quod si fieret, facile inde turbationis sacrorum crimen alteri imputari posset, quod ut recte dijudicemus, præmittendum brevibus, quid Clerici intelligent per hoc crimen. Carpzovius magis hic exempla ponit, quam ut definitionem quandam tradat, scilicet tunc committi hoc crimen dicit, quando v.c. in concione teste notati aliove modo irretiti verbis injuriosis Ecclesiæ Ministris vel palam in suggestu stantibus, vel alias sacra tractantibus se opponunt, usq; contradicunt, aut sacra ista & operas alio modo turbant aut impediunt Jurispr. Eccl. lib. 3. def. 95. n. 1. Evidem fundatum illud habet in jure civili ut patet ex authent.

publica refertur & hactenus si sano sensu accipiatur, turbatio sacrorum utiq; delictum erit. Sed quia hoc crimen certos non

habet limites, quibus includatur; certe fit, ut fere inabusum rapiatur. Si ex Carpzovii verbis definitio quædam esset struenda,

talis foret: Turbatio sacrorum est delictum, quo quis sacra & omnia illa-
que vulgo hoc referuntur, ut & operas Clericorum quovis modo turbat
aut impedit.

§. VII. Illud quovis modo tam late patet, ut omnia fere hoc re-
ferri possint, quando vel leviter saltim Clerici offenduntur, vel sacra vix per indirectum turbantur. Qvis crederet, turba-
ris sacra, quando is, qui ab altero injuriarum conventus, querit
in templo fere reconciliare, cum eo, eo tempore, quo actor S. Sy-
naxi uti desiderat? & tamen hoc aliquando ad turbationem sa-
crorum relatum fuisse memini. Faciles proinde sine dubio e-
runt Parochi in effingendo novo turbationis sacrorum crimen,
quando alter Parochus fines suos transgreditur, & forsan preces
cum Parochiano non suo miscet, præsertim si Parochus proprius
præsens sit. Qui enim ex Carpzovii mente operas Parochorum
quovis modo impedit, hujus criminis reus est. Atq; talis
Parochus extraneus per suas preces, quas fundit, facit, ut alter
non possit facere officium. Ergo. Certe e re Reip. Christianæ fo-

næ foret, huic Crimini adeo late patenti certos limites præfigere, ut turbatoribus veris non daretur occasio, omnia ad turbationem sacrorum referendi.

§. VIII. Si vero dicendum, quod res est, non puto, committi *An combustionem* sacrorum in quæstione §. 6. proposita nisi forsitan a-mittitur *turbatio* accesserit. Nam licet forsitan invito proprio Parocho *turbatio* in propria aliena qvis exerceat actum Parochiale; ille tamen *sacrorum*, ita comparatus esse potest, ut nulla vera turbatio inde oriatur. *quoties* Et quamvis forsan fines turbari dici possit: fines tamen nihil sa- *Parochus* cri in se continent. Deinde quoque, dijudicandum, an aëtus, qui in aliena *Parochia* qvaritur a Parocho alieno, sit Parochialis stricte sic dictus, an ve- *Parochia* ro etiam non Parochialis communis. Hoc casu certe ne quidem *concessiones* ulla culpa imputari ei potest, quo refero, quando Parochus alienus in visitæ agrotum amicum, in Parochia non sua, constitutum & sic precibus & consolatione ipsi præsto est: Nam hoc officium non facit, quia Parochus, sed Christianus & amicus; male proinde ex hoc turbatio finium vel sacrorum deduceretur, ut *cap. ult. inf. pluribus* docebitur.

§. IX. Ex hoc jure Ecclesiæ Parochiali circa concessiones com- *An Ecclesiæ petente* deducunt jus prohibendi seu excludendi alias Ecclesiæ *Parochiali* non Parochiales ab hoc exercitio concionatorio, si scilicet haec- *competat* nus nullæ alias Concessiones habitæ fuerint, quam in Ecclesiæ Pa- *jus prohibi-* rochialibus, & civitas ita divisa, ut quilibet districtus suam Paro- *bendi, ne* chialem Ecclesiæ habeat. Solent proinde se Ecclesiæ Paro- *in Ecclesia chiales* fundare in possessione vel quasi solitarii exercitii circa Parochialiæ *concessiones diebus dominicis* habendas, & ut in illa quasi possessi- *habeantur* one manuteneantur petere. Rationes autem, quibus hoc jus *concessiones?* Parochiale exclusivum incrassant, peti inde solet, quod tota Ci- *vitas* jam in certos districtus sit divisa, & sic jam Ecclesiæ suum populum deputatum habeant, quibus ille subtrahi per novum exercitium concionatorium non debeat. Nam secundum prin- *Ratio ju-* cipia Papizantia, ut hactenus dictum, populus non aliis potest in- *ris prohibi-* teresse concionibus, quam quæ in Parochialiæ sua Ecclesia haben- *bendi.* tur. Sicuti itaque molendina bannaria eodem jure prohibendi exstructionem molendinorum utuntur; ita etiam Ecclesiæ Pa- *rochiales:* Jam vero in cuius præjudicium quid intentatur, ille *jus*

*Judicium
de hisce
rationibus*

*Rescri-
ptum Fri-
derici Re-
gis Boruss.*

ius prohibendi seu contra dicendi habet. Simul vero periculum animarum ibi concurrere putant, dum proprius Parochus, cuius curæ commissi sunt Parochiani, ita deseritur, ut non amplius pro eorum animis possit vigilare. Porro, ajunt, esse actum parochiale, conciones habere, quod Ecclesiis non parochialibus non concedendum. Equidem non dissimulo, ejusmodi concluções ex iure parochiali secundum rigorem suum posse deduci, quae tamen certe in nostris non sunt tolerandæ Ecclesiis, nisi cultum divinum secundum regulas & leges velimus dijudicare, & instar Monopolii cujusdam pietatem exercere. Promovendus foret certe cultus divinus, nec ita per ejusmodi infauatas juris parochialis conclusiones restringendus. Deinde quod sicuti Episcopi vi juris sibi competentis possunt parochiales Ecclesiás dismembrare & unire, ut dictum suo loco, quid obstat, quod minus etiam Ecclesiis non parochialibus possit parochialitatem tribuere, vel saltim disponere de cultu externo in isdem exercendo? ut ita hoc non mere dependeat ex Ecclesiæ parochialium consensu: Neq; enim avaritiae Parochorum est indulgendum, si dicant, se laedi eo ipso. Nam in tanta multitudine Parochianorum uni vel duobus Parochis commissa haec tenus quidem ipsis Parochis bene est, sed non æq; Parochianis, quippe quorum curam singularem habere nequeunt. Hinc potius si alia Parochia ad huc constitueretur, solatum inde capere debebant. Sed debebant. Provide certe etiam potentissimus Rex Borussorum FRIDERICUS, cum de Ecclesia Gymnasio Hallensi addicta controversia incideret, vi juris Episcopalis ita rescriptit:

Du Gottes Gnaden Friedrich der Dritte ic. Unsern gnädigen Gruss zuvor Würdige/ Beste/hochgelahrte Räthe/liebe Getreue. Was der Magistrat zu Halle wegen der Früh-Predigten so Krafftunserer albereit ergangenen Verordnung in der Schul-Kirche zu Halle von 9. bis 11. Uhr denen Studiosis zum besten von den Professoribus Theologis aldort gehalten Werden soll/an uns unter thänigst gelangen laken/ und dagegen vorgestellet/ auch zuverordnet gebethen/das weist der Beschluss. Wann wir aber die darin enthaltene Vorstellungen/ was das Predic-

Predigen anbelanget/von keiner Wichtigkeit oder sonst erhebl. finden/
 alß lassen wir es bei unseren dieserhalb ergangen Verordnungen aller-
 dinges verbleiben/und befehlen euch nochmahlen hiemit gnädigst/diesel-
 bezum Effect zu bringen und deshalb vengebührende Verschung zu thun.
 Was aber das Jus parochiale betrifft / solches wird und soll die
 Theol. Facultät aldort in bemelter Schul-Kirchen nicht einführen
 weshalb dann die Vorsteher und Acht Männer der dreyen Parochial-
 Kirchen aldort um so viel weniger Ursache sich über nachtheiliche Neu-
 erungen zu beschweren haben werden. Seynd euch mit Guaden gewo-
 gen. Colln den 3. Febr. 1690.

Friedrich.

§. X. Pergimus ad *CONFESIONES*. Hoc jus Confessiones *Jus audi-
 audiendi Parochis adhuc videtur esse relictum in Papatu, dum endi Con-
 interim Prælati alia omnia ad se traxerint. Concinne id expli-
 cat Ripa de Pest c. 8. n. 29. & 30. inqviens : Religiosi mendican-“ Parochis
 tes pauperrimi Sacerdotes soli sunt, qui confessiones audiunt, “ relictum.
 & soli sunt, qui peccata populi comedunt. Prælati autem bo-“
 na pauperum devorant, & nisi latum ventrem inflatasq; genas“
 ostentent, se Prælatos esse & plenam Prælatura profissionem“
 adeptus fuisse non credunt. Unde suo loco dictum, requisitum“
 essentiale Ecclesiæ Parochialis esse, ut habeat forum poeniten-
 tiale.*

§. XI. Curam vero confessiones excipiendi & jus a peccatis *Jus Paro-
 chiale circ-*
*abolvendi rursus Canonistæ ad Parochum restringunt. Ita e-
 nim in c. 2. X. de pœnit. & Remiss. dicitur: Omnis utriusq; sexus fide-
 lis, postquam ad annos discretionis pervenerit, orationis sua peccata, saltim siones.*
*semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti. Huc etiam per-
 tinet Concilii Tridentini Decretum in sess. 24. de Reform. c. 13. ubi
 injungitur ut a solo Parocho licite sacramenta suscipiant. Unde
 inferunt Canonistæ ab alieno sacerdote neminem posse absolvi
 velligari c. quod autem 4. de pœnit. & Remiss. Et sicuti Clericorum Philoso-
 Politica rationem status Civilis accurate seqvi solet; ita & phia Pon-
 in hoc passu id ne quidem diffitentur. Sicuti enim, tificiorum
 inqviunt in foro contentioso non potest quis absolvi vel conde-
 circa Con-
 muniari a non suo Judice, ita & in foro pœnitentiali. Et licet qui-
 fessiones.
 libert, porro ajunt, per ordinationem accipiat jus ligandi vel ab-
 solvendi,*

*Confessio
Parocho a-
lienofacta
nullaeſt.
Nisi licen-
tia proprij
parochi
accēferit.*

*Nimia mu-
tatio Con-
fessionarij
periculosa.*

*Ex princi-
pijs Chri-
ſtianismi
quilibet
potest libe-
re eligere
Confes-
ſionarium.*

solvendi, illam tamen potestatem exercere nequit, nisi habeat subditos Petr. de Murga *de benefic. Eccl. qu. 2. §. 2. Secl. 1. n. 486.* Ex qvib[us] ita positis non potest non inferri, qvod Confessio alteri facta qvam proprio Parocho nulla sit & irrita. Murga *cit. l. n. 487.* Qvod si tamen licentiam proprii Parochi Parochiani habent, tunc demum licite & valide eosdem confiteri posse, defnivit Pontifex in *c. placuit 3. de penit. D. 6.* Unde duo reqvisita regulariter hic Canonistæ tradere solent, (1) ut *subſt. caſa*, nam sine catifa confitens alteri Parocho peccat, qva videtur contemnere proprium sacerdotem. Talis caſa eſt, proprii Parochi im- peritia *cit. c. 3.* (2) ut licentia postuletur & obtineatur. Non ergo ſufficit petere, niſi obtineatur Murga *cit. l. n. 484.* Sufficit tamen, ſi qvis a Pontifice hanc potestatem obtinuerit. *Id. n. 496.* Hacten- nus doctrina Pontificiorum qvæ utinam longe remota foreta praxi nostrarum Ecclesiarum.

§. XII. Qvod ſi rem ex principiis Christianismi velimus di- judicare; hoc qvidem non nego, nimiam mutationem confeſſionarii absq[ue] causa fuſceptam aliquando poſſe præbere ſcan- dalum, imo dare licentiam peccandi, duſi enim auditores ab uno parocho ad alterum vagantur, nemo adeo ipsorum accura- tam curam habet: Ill. Dn. Stryk. *in not. ad Brun. Jus Ecclef. lib. 2. c. 1. m. 4. §. 3.* Illud tamen altioris indaginis eſſe videtur, annon qvis poſſit libere alium confeſſionarium perpetuo eligere, præterito eo, cujus in Parochia eſt conſtitutus? Certe ſi ipſam confeſſionem ſecundum internam ſuam conſidero conſtitutionem, requirit illa neceſſario fiduciā qvandam erga eum, coram qvo confeſſionen edo. Aut enim confeſſio noſtra eſt tantum opus operatum, h. eſt conſiſtens in extera confeſſionis recitatione: & illa utiq; cuilibet parocho, etiam qvocum inimicities gerimur, fieri poſſet: aut vero eſt ſincera cordis denudatio, & illa præ- ſupponit utiq; fiduciā erga personam, cui qvafī cor meum ape- riſſire volo. prius qvis admittet? Ergo posterius verum erit. Ne- que nō oſtra ſententia inde infirmari poſſet, qvod magis DEO, qvam confeſſionario confeſſio talis fiat. Nam cum & ſic nihilominus cor ſuum denudare cupiat penitens coram confeſſionario & ab eo ſolatium petere, qvomodo id facere poſſet, ſi fidu- cia

cia distituatur erga proprium Parochum. Sæpe enim angor conscientiæ talem pleniorum denudationem reqvirit. Qvomodo vero qvis expectabit consolationem a tali, in qvo nullam ponere potest fiduciam intimorem. Equidem apud Dedeken. Vol. 1. p. 3. lib. 1. Se&t. 4. n. 2. p. 717. Fusius hanc qvæstionem ab Hieronymo Mencelio pertractatam vidi: Sed argumenta certe tam infirmitia & futilia sunt, ut sua sponte corruant. Nam omnes fere rationes adductæ eq̄ collidunt, ut supponant, tempore Apostolorum jam adfuisse Parochias. At qvis hoc Mencelio credit? Loca ab eo adducta plane id ipsum non probant. Sic mirer torquere solent vocem ~~αλλοριεπιστολης~~ qvod vitium tunc committi dicunt, qvoties qvis alterius finis ingrediatur. Sed ubi erant tales fines tempore Apostolorum?

*Contraria
Mencelii
sententia
rejicitur.*

§. XIII. Qvibus præmissis non negamus qvidem, hodie æq̄ *praxis mo-*
derna con-
Parochiale ita receptum esse, ut qvis non alium, qvam paro-
chum suum confessionarium habere possit, qvemadmodum va-
rūs constitutionibus Ecclesiasticis id diserte expressum: Sed ta-
mamen rursus animadverfum, ne in applicatione hujus juris rigi-
diores simus ipisis pontificiis in Ordin. Magd. Eccles. c. 5. §. 1. von
der Beichte/diserte continetur daß ein jeder von seinem ordentlichen
Pfarrherrn des Kirch-Spiels/darin er wohuet/beichten und Absoluti-
on erhalten solle/ qvod & in variis Constitutionibus Saxonibus in
culturatur. Tentabo tamen annon hic æque admitti possint
qvædam limitationes. (1) In Civitate ubi plures dantur Paro-
chiae facile fieri potest, ut qvis sæpius mutet aedes. Qvod si itaq;
ex invitatione ædium semper quoq; Confessionarius foret mu-
tandus, conciderent nostrorum assertiones, qvod mutari con-
fessionarius non adeo facile debeat, cum ex mutatione Confes-
sionarii oriatur scandalum publicum. Nonne igitur permit-
tendum foret hoc casu, ut is, qvi cum ædibus suis Parochiam quoq; sit
mutat, priorem Parochum possit retinere Confessionarium,
Confessio-
narius. præfertum si proprio suo Paroco illa præstare velit, qvæ scilicet
alias præstaret, si confessionarium eum haberet. Magis hoc

B 3 appli-

Quid hoc casu juris si quis duplēm beat Parochiam applicandum censeo ad casum ubi quis duplēm Parochiam habet: Qvamvis enim forsan in utraq; ratioue habitationis sacris utriusq; interesse possit, tamen cum mutatio Confessionarii sit odiosa & non svadenda, quis cogere vellet, ut talis pro duplēci sua Parochia duos qvoq; eligeret confessionarios? qvin hoc casu ipsi liberum erit, eligere coram qvo perpetuo confiteatur. Cæterum si mutare forsan hunc velit, hoc ipsi denegari nequit, modo alteri Parochio confiteatur: (2) Admittunt Canonistæ qvod ubi parochus præsumere posuit, Parochianum suum habere justam causam confitendi alieno, debeat ei petenti licentiam dare, in tantum, ut si Parochus injuste hanc licentiam deneret, ipse possit absq; alia facultate alieno sacerdoti confiteri Barbam alieno bos. de Offic. & Poteſt. Paroch. P. 2. c. 19. n. 25. 26. Quid ni ergo & nos hanc admitteremus limitationem? Et tamen hic sæpius nimis rigide ad suum iūs Bannarium provocant Parochi, veluti qvando Parochiani ex qvibusdam circumstantiis recte postulant conjicere, Parochum privatis duci affectibus contra se, & sic absolutionem magis fieri coacte, qvam ut singulari consolatione ejus confortationem sperare debeat, quis dubitet, hoc casu iuste posse postulari, ut liceat confiteri coram Parochio non suo, & si Parochus licentiam dare deneget, hoc non obstante, alium eligerere queat? Qvamvis hoc casu tutius existimem impetrare consensum Confistorii seu Principi tanq; Episcopi, qui hoc in casu non adeo difficilis erit præsertim si libertatem Conscientiarum attendat. Et ad hoc ipsum respexit potentissimus Rex Borussiæ FRIDERICUS, qui imploratus a qvodam, ut liceat ei coram Parochio non suo confiteri Anno 1696. ad Confistorium illustre hujus Civitatis ita rescripsit:

Reſcri- ptum Fri- derici Re- gis Borusſo- rum. Von Gottes Gnaden Friedrich c. Ihr Werdet aus dem Anſchluß erſehen/welcher gestalt unser Raht und Oberamtmann zu C. J. P. V. P. bey uns angehalten/ daß ihm erlaubet werden möchte bey dem Vorstädtischen Pfarrherrherr zu C. M. H. und nicht præcise bey dem Prediger in der Stadt und Inspectore M. H. zu Beicht und Abendmahl zugehen Aluer dem nun daß in dergleichen dingten unter den

nen Evangelischen einen jeden billich seine Christl. Freyheit ge-
lassen werden muß/sonderlich wen̄ denen Predigern dadurch an ihren
Accidentien/weßhalb sich der Supplicant mit den Inspectore absin-
den will/nichts abgehet/so ist auch dieses dabey zu consideriren/das ges-
dachter P. als unser Ober-Ambtmann/und der unser Ambthaus zu C.
bewohnet/ ratione desselben an keine gewisse Pfarre gebunden/sondern
eo respectu und weil er unsere Jura in dem Ambte vertritt/billich die
Freyheit haben muß/sich zu welcher Gemeinde Er will/zuhalten/ immas-
sen Ihr denn solches auch gedachten Inspector gebührend zu remon-
striren un̄ ihm dahin anzuweisen/das er hierin den Supplicanten seinen
freyen willen lassen muß/und wenn Er und seine Famitie zu der Vor-
stadt ischen Kirchen sich halten und in denselben zur Beicht und Abend-
mahl gehen wollen/ ihn darinn keine Hinderung machen solle/ci. Moys-
land d. 21. (51) Aug. 1696.

§. XIV. In hoc æqvissimo Rescripto Potentissimi Boruslo-
rum Regis Domini nostri longe clementissimi ejusmodi causæ
decidendi continentur, qvæ utiq; ab omnibus ponderarentur
diligentius, tunc sine dubio jus illud Parochiale non adeo rigide
exercerent. Cæterum duo extrema hic esse evitanda facile ap-
paret. (1) Ut Parochi non adeo rigide juri suo insistant, si vide-
ant, Parochianum qvendam non animo malevolo, sed bono du-
ci consilio. Sæpe enim evenire potest, ut qvis majorem fiduci-
am in hunc qvam illum Parochium ponat, licet de cætero cum
suo Parocco nullas foveat discordias (2) ut non promiscue qvo-
que qvemvis ex qvavis Parochia accedentem admittant, qvod
bene exponit Heshusius apud Dedekennum Vol. 1. p. 3. lib. 1. n. 4.
p. 71. inqviens: Viel Heuchler und halßstarrige Sünder wenn sie et-
was ernstlich von ihren Pfarrherren gestraffet und ihrer Sünden erin-
nert werden/meyden sie ihrer Pfarrer/und lauffen in anderer Kirchspiel/
da man sie nicht kennet/da meynen sie unvermerkter Dinge durchzua-
schlüppfen und unsern HErrn GOTT sein heilig Nachtmaul heimlich
abzustehlen.

§XV.

Parochio
jure suo
non de-
bent rigi-
de uti.
Non qvivis
extraneus
promiscue
est admit-
tendus.

*parochi re-
ete in cau-
fas mutati
Confessio-
narii in-
quirunt.*

*Casu ne-
cessitatis
Parochia-
ni alieni
admit-
tendi.*

*Irrita non
est absolu-
tio, qvæ fit
a Parocho
alieno.*

§. II. Qvamvis vero haec tenus dictum jura Parochialia in plurimis referre jura circa Curias Romanas constituta: qvoad sepulturam tamen diversa intercedit ratio, qvod illa qvidem de jure Romano libera fuerit, ita ut qvilibet mortuum in suum locum inferre potuerit, qvi inde dicebatur apud Ethnicos religiosus, annon ex superstitione qvad am dedicatione Diis inferis facta, & persuatione, qvaa animae defunctorum ibi pererrarent, ubi corpus esset conditum non late disputabo qvamq; id alias facile demonstrari posset. Hodie autem non amplius licet, privata autoritate locum qvemcunq; ad Sepulturam eligere, cum coemiteria adhoc publica sint constituta, ubi sepelienda fuit cadavera mortuorum, de qvibus Consuli potest. Ill. Dn. Stryk. tit. l.c. §. 9. seqq. Et cum olim illa Coemiteria ordinarie prope Ecclesiæ constituebantur, haec tenus pro illarum accessoriis habita fuerunt, & sicuti Parochis in Ecclesia Parochiali jus suum Parochiale concessum fuerat, ita qvoq; in Coemiterio sibi aliquod jus parochiale adscripserunt. Unde jus funerandi computatur inter jura Parochi alia, ita ut secundum doctrinam Canonistarum Ecclesiæ, qvæ populum aut parochiam non habent, ut sunt Monasteria, non aliter qvam consuetudine aut Episcopi constitutione jus funerandi habere possint, & sic nec extraneos defunctos recipere Engelbr. in Colleg. Jur. Can. tit. de Septult. n. 4.

§. III. Habet itaq; parochus intentionem fundatam in suos
Parochianos, ut scilicet sepeliantur in Ecclesia Parochiali, qvod
Iesus in Jure Canonico adeo corroboratum esse legimus, ut ex di-
spositione c. ex parte 5. X. de Sepult. Parochianum alienum sepeli-
entes, qvem sepelire non debebant, mortaliter peccare dicantur
& cogantur restituere corpus proprio Parocho. Inferunt enim
inde, quod spoliatus eo ipso fuerit corpore jam sepulso, adeoq;
Paro-

Parochus ante omnia restituendus. Sepelientes enim hoc in casu rem alienam, ad quam jus nullum habebant, usurpant, invito illo, ad quem de jure vel consuetudine pertinebat. Petr. de Murga de benef. Eccles. qu. 2. §. 1. Sec. 2. concil. 2. n. 701. Barbos. in Collect. ad cit. c. 5. n. 5. modo constet de justitia spoliati in possessione. Sic & jure Civ. justa causa interveniente & a judice approbata translatio mortui permittebatur l. i. C. de Relig. Ganzalez. ad c. 5. cit. n. 4.

*Quinam
habentur
pro Paro-
chianis
respectu
sepulturae.*

*Viator
ubinam se-
peliendus.*

§. IV. Quid vero per Parochianum alienum hic intelligatur, breviter videndum. Scilicet in hac materia Parochiani latius sumuntur, ac alias fieri sivevit, cum & hic pro illis saepe habentur, quia tales proprie non sunt. Sunt igitur Parochiani alieni, quinque; domicilio, neque; habitatione, neque; temporali commoratione in Parochia aliqua reperiuntur. Hinc inferre licet, pro Parochianis alienis hoc effectu non reputari exteriores & forenses, ad tempus habentes hospitium in Civitate quia etiam hi sepeliendi sunt in Ecclesia Parochialis habitationis quo referri possunt officiales Scholares, famuli, conductores Barbosa de Jur. Eccles. lib. 2. c. 10. n. 33. Afferunt enim Canonistæ, ad effectum sepulturae acquiriri Parochiam sola habitatione temporali Sanchez. de Matrim. lib. 3. disp. 23. n. 12. 13. Murga de benef. Eccles. c. 1. n. 679. Hercul. Marescotti Variar. Resol. l. 2. 95. n. 9. Idem de Viatoribus & peregrinis afferendum esse putant Marescott. n. 10. quamvis hic inter Canonistas adhuc dissensus reperiatur, Glossa jus sepeliendi Ecclesiæ Cathedrali adscribente, praxi tamen conformior videtur sententia, quod spectet ad illam Parochiam, intra cuius fines obiit; Etiamsi vel maxime Parochus illius Parochiæ ei non administraverit Sacra menta, vel quod ex improviso decesserit, vel quod proprius Parochus non ita facile haberi potuerit. Alex. Sperell. Decis. for. Eccles. 87. n. 13. Hinc etiam in LL. Svecorum lib. 1. c. 9. provisum: Si Viator aliquis in Parochia infirmetur, debet tunc Parochianus apud quem est hospitio receptus, hoc nunciare campanario, & campanari, Presbytero [seu Paroch] qui tenetur ei administrare Sacra menta Ecclesiæ funus & sollemne dicere, & postea de bonis defuncti Voras petere vel facere sibi dissolvi, si tantum in bonis habeat & pro ejus anima rare tres missas. Quod si non tantum habeat in bonis, recipiat

cipiat Presbyter tertiam partem & celebret tantum unam Mis-[“]
sam. Si denique moritur in Parochia Mendicus, illi admini-[“]
stret Presbyter Sacra menta sicut Parochiano, quāmvis nihil a-[“]
liud habeat, quām baculum & peram, Parochianus vero, apud[“]
quem mendicus mortuus est, significare hoc debet vicinis suis[“]
propinquis, aut si propinquos non habet, ad remotos vadat, illi[“]
tenentur funus ad Ecclesiam deferre, & dum tumulatur p̄sentes
esse. Si illi quibus nunciatum est, venire distulerint, tribus[“]
oris punientur, quasi illi recipient, qui funus per viam associa-[“]
runt aut defendant se perjuramentum duorum, quod sibi non[“] *Si Peregrinus possit*
innovit, aut quod legitimū impedimentū habuerint. Hæc[“] *deferrī ad*
vero omnia sunt intelligenda sub hac limitatione. Modo absq;[“] *suam Parochiam*
corruptionis periculo non possit deportari cadaver ad locum, in *deferre-*
quem alias deportari debebat. Nam si absq; periculo ad paro-[“] *dus est.*
cialem Ecclesiam deferri potest ibi non sepeliendus ubi mori-
tur veluti si ruri decadat, ubi recreationis causa commoratur.
s. si qui habens 3. x. de Sepult. in 6. Petr. Murga cit. l. Sect. 1. n. 680.

§. V. Quod si itaq; peregrinans aliqua in Civitate moriatur, *An quando*
ita ut commode ad suum possit deferri Parochiam quæritur, jam *funus ad a-*
an Parochi illius Parochiæ in quā mortuus est, jus suum exerce-*liam duci-*
re h. e. funeralia exigere possint? Certe cum nullo alio casu Pa-*tur Paro-*
rochis in peregrinantes intra Parochiam suam mortuos inten-*chiam, Pa-*
tio fundata competit quām si commode ad propriam non pos-*rochus pos-*
sint deduci Parochiam, non video aliquod fundamentum, ex sit exigere
quo funeralia velint exigere. Extendit tamen avaritia Cleri-*funeralia.*
calis suum jus Parochiale etiam ad hunc casum, nova certe in-
terpretatione, quā a communib; interpretandi regulis recedit.
Quin quod altius ascendit, ita ut quoties per novam Parochian
funus ducitur nova funeralia solvenda Parochis loci quod & in
civitatib; non nullis, ubi Parochiæ plures usu sunt, itidem venire *Cur magi-*
solent, ita ut si publice funus per illam plateam ducatur, quād ad al-*stratiū do-*
teram Parochiam spectat; statim parochis ejusdem Parochiæ fu-*nuncien-*
neralia sint exsolvenda. Credo respexisse Clericos ad Magistra-*dum per*
tus regulas. Hoc enim certum est, si per aliud territorium du-*cujus ter-*
catur funus, Magistratui imperium merum habenti hoc esse de-*ritorium*
nunciandum, non ut funus ducere liceat, sed ut huic constet, *funus d.*
citur.

annon morte violenta perierit defunctus, ubi officii publici necessitas exigit, ut in autorem Criminis inquirat. Ill. Dn. Stryk. in us. Mod. ff. tit. de Relig. & sumt. fun. c. 1. §. f. ubi sequentia addit: quo casu notanda est merito illorum Clericorum avaritiæ, qui quoniam per novam Parochiam funus ducitur, nova funeralia exigunt, cum tamen nihil laboris aut incommodi sustineant.

§. VI. Cæterum dependet quoq; exinde decisio qvæstionis, ubinam sit sepeliendus, qui duplice gaudet Parochia? Alii respiciendum esse putant ad Parochiam in qua decesserit, qvia illa haec tenus fortius jus habere videtur. Alex. Sperell. *Decis. for. Eccles.* 87. n. 10. Volens tamen tit. de sepul. §. 2. n. 1. præventioni locum esse putat. Priorem tamen veriorem existimo sub hac limitatione, modo etiam in illa Parochia Sacraenta perceperit. Nam licet duas Parochias habeat, tamen suprajam dictum, qvoad sacramentorum perceptionem alterum eligi posse Parochum, a quo quis perpetuo sacramenta fuscipiat. Qvod si itaq; in altera Parochia moriatur, in altera autem sacramenta perceperit, dicere se sepeliendum eum esse in hac Parochia. Jus enim sepulturæ multum pendet ex administratione sacramentorum, eo enim, qvod percipit quis sacramenta in Parochia aliqua, videtur elegisse tibi sepulturam. Herc. Mareic. *Var. Resol.* l. 2. c. 95. n. 1. Abb. in c. 1. de sepul. n. 4. Alex. Sperell. cit. n. 13. Steph. Gratian. *Disc. for.* c. 94. n. 74. Hinc, ubi de Parochianis eginus ostensum est, eos qui Parochiis sunt exempti, sepeliendos esse in illa parochia, in qua facra perceperint. Ex eodem fonte quoq; judicium ferendum de illo casu, si dubitetur, cuiusnam Parochiæ Parochianus sit, veluti si quis domum habeat in confinio duarum Parochiarum, tunc si non constet, ad quamnam propriæ Parochiam domus referenda, volunt dividenda esse funeralia & alia lucra Parochialia, imo ipsam etiam sepulturam familiæ dividendam, ut scilicet alternetur.

Facile tamen apparebit, ad quamnam magis inhabitans tales ædes inclinaverit Parochiam, scilicet ubi sacramenta perceperit. In illa ergo quoq; sine dubio sepeliendus Sperell. cit. l. n. 16. Quamvis vero ita sepeliri quidem inhabitans possit in altera Parochia, ceu etiam ille qui duplice gaudet Parochia, superest tamen illud dubium, annon etiam funeralia nihilominus sint præstanta alteri paro-

Notatur
avaritia
Clerico-
rum.

Ubinam
sepeliendus, qui
duplice
habet Pa-
rochiam.

Jus sepeli-
endi de-
pendet ab
admini-
stratione
sacramen-
torum.

Ubinam
sepeliendus is de
cujus Pa-
rochia du-
bitatur.
An utrig.
Paroco
hoc casu
sint pra-
stanta fu-
neralia.

n Parochio
no habet
certum ell
polle utru
Canonicar
in propri
Parochiis
de exercer
ve dispo
tacibus tan
cijusnam
in duplice
in posse
situ po
§. VII.
rendere ab
omario hi
de admini
colletia sep
non per
abitatione
consecratu
ri minus a
4.0. n. 2. In
verit Paro
superit sita
tionsjam
percepit S.
bc. Id
cum in
ter respic
§. VIII.
depluntur,
quide exer
terunt, qv
oram, vel

ri Parocho, qvia & hic utroq; casu sepeliendum pro suo Parochiano habet, adeoq; & jus Parochiale in eum exercere possit. Hoc certum est, in posteriori casu si in loco tertio eligatur sepultura, posse utrumq; Parochum diversæ parochiæ inter se dividere Canonicam portionem seu hodie funeralia c. 2. X. de Sepult. in 6. Ast si in propria parochia, aliud dicendum videtur, cum qilibet sit Parochus hujus Parochiani in solidum & ita jus suum Parochiale exercere possit, qvamvis Valens. tit. de sepult. §. 2. n. 1. hic qvoque dispositionem c. 2. cit. applicet, repugnante tamen textu. Facilius tamen hoc admitterem in priori casu, qvia hic dubium est, cujusnam defunctus Parochiæ sit censendus, neq; etiam voluit duplēcē agnoscere Parochiam nisi forsan alter Parochus sit in possessione vel quasi Parochialitatis tunc enim interim fructus suæ possessionis præcipere solus potest.

§. VII. Cæterum quod dictum est, jus sepeliendi multum dependere ab administratione sacramentorum non eo pertinet, ut primario huc velimus respicere, sed si constet, alicubi debitam esse administrationem Sacramentorum, potius in illa Parochiali Ecclesia sepeliendus est. Adeoq; si qvis ex aliqua causa vel culpa ibi non percipiat divina, nihilominus in illa Parochia, ad qvam ex habitatione spectat sepeliendus videtur, qvia ad hoc ut Parochus conseqvatur jura Parochialia, sufficit, qvod per eum non stet, qvo minus administret Sacra menta. Herc. Marescott. Var. Resol.

I. 2. c. 95. n. 2. Imo qvamvis qui per longum tempus aliquam inhabiterat Parochiam, in eaq; sacris interfuerit, & Sacra menta ibi re ceperit, si tamen in aliam se transferat ibiq; statim decedat, in hac potius jam sepeliendus Parochia, licet defunctus nullum in ea re ceperit Sacramentum Sanchez. de Matrim. lib. 3. disp. 23. n. 7. vers. dices hoc. Id qvod communiter apud nos qvoq; obtinere certum est, cum in jure funerandi ad habitationem præsentem principali ter respiciatur.

§. VIII. Noluerunt tamen Canones, qvos mores hodierni seqvuntur, ut Parochi jus suum cogendi & prohibendi hic nimis rigide exercent, sed hactenus dicta tum demum obtineri voluerunt, qvoties sepeliendus. (1) Non propriam elegerit sepulturam, vel. (2) Sepulchrum majorum non habeat. Qvod ELE-

ETIONEM sepulturæ concernit, illa adeo exsequenda est, ut Parochus non possit impedire illam sub prætextu quod sit extra Ecclesiam Parochiale. Petr. de Murga *de benef. Eccl. qv. §. 9. S. et.*

*Potest qui-
libet sibi
sepultu-
ram eli-
gere.* n. 702. Potest itaq; qvilibet sibi eligere sepulturam ubicunq; voluerit c. i. x. *de sepult.* ubi videntur Canones securi regulas vulgaris juris, quod nihil magis debeatur ultimis voluntatibus, qvam ut sancte et libate conserventur l. i. C. de SS. Eccl. l. 5. *quendam te-
fac.* & qvia ultimæ voluntates sunt revocabiles usq; ad extremum vitæ halitum. l. 4. ff. *de Ordin. vel transf. leg.* hinc qvilibet eam qvoq; revocare potest pro lubitu. Qvam itaq; Elecio fit species qvædam ultimæ voluntatis, qvæstio hinc nascitur, an & qvotnam testes in hac electione sint necessarii? Quod si in ipso testamento vel Codicillis electio facta, res expedita est. Ceterum extra hosce casus major est dubitandi ratio. Ex Canonistis qvidam etiam hic tantum consensum imo leviores probatores admittunt. Barbos. *de offic. & Potest. Paroch. P. 3. c. 26. n. 24.* Alii tamen ad minimum duos testes, hic reqvirunt, præfertim cum in hac electione agatur de præjudicio Ecclesiæ parochialis. Sebastianus Medicus *de Sepult. q. 8.* Aliter hanc rem decidit Engel. in *Collig. Jur. can. tit. de sepult. n. 7.* & in *Manual Paroch. P. 4. c. 3. n. 7.* quod cum sit dispositio ad pias causas, nulla solemnitate indigeat, modo constet de voluntate. Qyamvis vero de hoc supposito dubitari possit saltim ex nostra hypothesi, qvi sepulchra pro re religiosa non habemus; Tamen sicuti non infreqvens ut rejectis Principiis conclusiones inde derivandas retinuerimus, ita etiam hæc conclusio ex falso licet principio eoq; reprobato, hodie obtinere videtur. Imo adeo favorabilis est illa elecio, ut per solum confessarium probari possit Engel. cit. l.

*In eligen-
te reqiri-
tur volun-
tas.*

§. IX. Ut vero Electio sepulturæ effectum habeat, reqviritur qvidem in eligente facultas, in objecto Electionis, locus non interdit, Facultas Eligentis determinatur vel a natura vel a legi. A natura, dum scilicet necessario voluntas in eligente præsupponitur, absq; qva Electio non datur. Cessat vero illa vel naturaliter vel Civiliter. Naturaliter itaq; eligere sepulturam nequit, furiosus filius impubes, &c. Ante pubertatem enim elecio non conceditur. Murga *de benef. Eccl. qv. 3. n. 724.* Negi pa-

D
potest
dolociad
to tantum
erit. Spere
erit, non ef
approbase
zonen no
an admitem
Canonistar
beus hab
disponit filii
pere testa
tatur post
coritate T
cum oritur
lamentem
de beni
§. X. Si
comariti
eijunxit in
C. q. 2. n
cum tamen p
electio poti
geveri. t.
ad hoc
polichrum
angulare
nalis ju
curam tu
deem, pr. si
e. m.
& foru
endum si
cellus D
fit perfec
cunglio m

ter potest hoc casu eligere sepulturam nisi ubi hoc consuetudo loci admittit c. licet. 4.x, de sepol. in 6. Hæc tamen consuetudo tantum tribuit facultatem, donec in impubertate permane- An Pater possit filio impuberi eligere se
serit. Sperell. *Decis. for. Eccl.* 89. n. 9. Hinc si puber factus de cel-
lerit, non est in sepultura jam a patre electa sepeliendus nisi illam *pultruram* approbaverit. Barboſ. *de jure Eccl.* l. 2. c. 10. n. 28. Et hanc elec-
tionem non tantum propriam esse volunt patri, sed ad illam et-
iam admittunt matrem. Cum electio secundum hypothesisin
Canonistarum sit quid spirituale, ubi patriæ potestatis nullus re-
spectus habetur. Id cit. l. n. 11. 12. Ex quo fonte potestas eligen- Eligere possunt filii famil.
di quoq; filiis famil. non denegatur in cit. c. licet qvam vis alias *lii famili.*
de jure testari nequeant. Et cum electionis effectus demum An pupillus cum auto-
oriatur post mortem, facile appareat pupillum nequidem cum *ritate tu-*
autoritate Tutoris eligere sepulturam posse, qvia effectus de-
mum oritur finita tutela Sperell. cit. l. n. 32. vel, qvia ultimorum
voluntatem dispositiones magis ex propria qvam aliena depen- *toris.*
dere de bent dispositione.

S. X. Sicuti vero uxor regulariter tumulanda est in sepulchro mariti, Sperell. Decis. for. Eccl. 88. n. 16. cum qvas personas conjunxit matrimonium, sepulchrum quoq; conjungat. c. Ebron. eligere sibi 2. C. 13. q. 2. modo etiam revera domicilium mariti acquisiverit, sepulchrum non tamen prohibetur aliam quoq; sibi eligere sepulturam, cum ram.

Electio potius ad eum statum pertineat, in quo mulier solvit alege viri c. de uxore 7. X. de Sepult. Adeo, ut si vel maxime maritus adhuc vivat, tamen absq; ejus licentia diversum a marito sepulchrum eligere possit. Sperell. cit. l.n. 18. An vero non eo ipso singulare quoddam oditum erga maritum aliquando contetur, aliis judicandum relinquo. Qvod si vero non elegerit sepulturam tunc, ut dictum, in mariti sepulchro est sepelienda, ita quidem, ut si plures habuerit maritos, cum novissimo sepeliatur c. iiii qvii. S. mulier de Sepult. in 6. Sicuti enim retinet vidua dignitatem & forum ultimi mariti, ita quoq; jus sepulturae. Quid vero dicendum si redierit ad domum patris. Idem obtainere putat Sperellus Decis. for. Eccl. Decis. 88. n. 15. Qvod hoc privilegium datum sit personæ, non loco, & mulier vidua censeatur durare, in conjugio mariti. Sed licet hoc concedamus, tamen adhuc su-

*Etiam u-
xor potest
eligere sibi
sepulchrum.*

*Extra E-
lectiōnem
uxor in se-
pulchro
mariti ne-
vissime-
pelienda.*

*Quid di-
cendum de-
viduare-
versa ad
domum pa-
tris.*

perest illud dubium, qua ratione satisfieri debeat Parocho ejus Parochiæ, in qua moritur uxor. Cum enim jam reversa ad dominum Parentis rursus Parochiæ paternæ se subjecisse videatur; Parochus quoq; intentionem fundatam ratione funeralium habere censemur. Unde sicuti de jure Canonico, quando qvis in aliena Parochia eligit sepulturam, parochus proprius potest detrahere quartam Canonicam Parochialem, ita qvoq; huic Parocho funeralia debebuntur, si in mariti sepulchro, qvod in aliena Parochia habetur, est sepelienda.

*Indignis e-
pultura
illam eli-
gere ne-
queunt.
Qvibus de-
negetur
sepultura.*

§. II. Facultas tamen eligendi a iure ademta est qvibusdam personis, qvæ scilicet plane sunt indigni Ecclesiastica sepultura, adeoq; nec in Parochia propria, nec in aliena sepeliri possunt, August. Barbos. *de jure Eccl. I. 2. c. 10. n. 40.* ubi & ordine personas ejusmodi recenset. Nos hic præcipue ad usum nostrarum Parochiarum respiciemus, facile tamen animadvententes, jus Canonicum hac in parte observari in nostris Ecclesiis. Ubi tamen illud prænoto, videri simul qvandam superstitionis causam hic subesse, qvod quis extra cœmiterium, sepeliantur, quasi scilicet omnes illi, qui in Cœmiteriis sepeliuntur, tantum participes latutis æterno judicandi sint, non vero illi qui extra gremium Ecclesiæ sepeliuntur. Qvod si vero hoc tantum ideo fit, ut cæteri malitiosi delinquentes inde exemplum capiant, recte id admittitur. vid. Ill. Dn. Stryk. *in us. modern. ad tit. ff. de Relig. & sumt. fun. I. §. 10.*

Hinc ergo referunt aut. x. 15., ubi tamen distingunt, an quis sibi spontaneo motu ex malo proposito, forsan conscientia delicti, dolorum intulerit, an melancholia alia animi impotentia. Priori casu honesta sepultura locum non habet, sed cadaver a Carnifice per fenestras dejectum in locum infamen conditur, & hæc sepultura vocatur Canina seu asinina. Carpz. *lib. 2. def. 376. n. 10. ii.* Posteriori vero casu sepultura in Cœmiteriis admittitur, ceremoniis tamen moderatis, absq; ordinaria processione, sine campanarum pulsu, ita ut aliquando loco hymnorum funebrum, pœnitentiales adhibeantur. Carpz. *cit. l. def. 377.* Huc porro referunt cadavera delinquentium in reatu mortuorum. Id *def. 379.* modo fuerint de crimine confessi & convicti. Id *def. 380.* Et in genere contemtores verbi divini & sacramentorum. Sed hic anceps

anceps dubitatio est, qvinam pro talibus habendi, cum sacerdos ta- *Qvinam*
 les a mundo judicentur, qui nihil minus quam contemtores ver- *contemto-*
 bi divini sunt, & alii non habeantur pro contemtoribus, qui ta- *res verbi*
 mentales sunt. Plerumq; enim ad externam tantum respici- *divini in-*
 mus frequentationem templorum, hosq; neutiquam contem- *digni se-*
 tores verbi divini existimamus, cum tamen Deus Cor dijudicet. *pultura*
 Sed hæc *ac ev nra p̄d̄w* Merito vero explodit Il. Dn. Stryk. *in us. Mod. judicandi.*
cit. l.c. 1. §. 10. Illam consuetudinem qvarundam Ecclesiarum, qvæ *An infan-*
 infantes non baptizati & puerperæ inter labores partus mor- *tes non-*
 tuæ extra Cœmiterium sepeliuntur, qvæ infantes nondum sint *dum ba-*
 factimembra Ecclesiæ & puerperæ in impuritate mortuæ, ade- *ptizati se-*
 q; ea sepultura Ecclesiam pollui, hæc enim principia crassum *peliendi.*
 redolent Papismum. De reliquis vid. Ill. Dn. Stryk. *in not. ad 7.*

E. Brunn. c. 2. §. 2. §. 12.

§. XII. Objectum electionis decet esse locus non interdictus. *An sepul-*
 Ubi statim qvæstio oritur de sepultura intra Civitatem eligenda, *tura intra*
 num illa permitti possit. Equidem si praxin respicimus, nihil *Civitatem*
 frequentius est qvam sepeliri mortuos in templis vel cœmiteriis *eligi posse*
 intra Civitatem erectis. Docuit tamen solide Excell. Dn. Tho-
 mas. *Juriop. div. 1. 3. c. ult.* hoc minus recte fieri, imo injuste, ob ra-
 tiones ibi adductas, qvæ suo labore non destituuntur. Olim cer-
 te variis in Conciliis Sepultura in templis interdicta fuit. *vid fusi-*
 us Gonzalez. Tellez. *ad c. 1. X. de sepult.* Ill. Dn. Stryk. c. 1. §. 13. Sed
 progressu temporis tales justissime prohibitions evanuere, cre-
 do propter Parochorum & ipsius Ecclesiæ interesse. Unde &
 hodie electio sepulchri in templis interdicta non est. Equidem
 de jure Canonico requiritur, ut talis Ecclesia eligatur, qvæ habet
 jus sepeliendi: verum apud nos id parum dubii habebit cum
 plerisq; Ecclesiis jus sepeliendi datum.

§. XIII. Cum vero multi pagi sint, qui nec Ecclesiæ nec *An rusticæ*
 cœmeteria hactenus habuerunt; sed mortuos suos ad matricem *in proprio*
 Ecclesiam deferre obstricti fuerunt; Qvæstio oritur an in pro- *pago locum*
 priopago locum qvendam eligere possint, in quem mortuos su- *eligere pos-*
 os inferant? Certe exstructio Cœmiterii privata autoritate fie- *sint ad se-*
 rinon potest, adeoq; tota cognitio hujus rei penes Confistorium *pulturans*
 est, qvod non facile denegabit exstructionem, si novum Cœmi-
 terium

terium commodiori & expeditiori corporum demortuorum sepulturæ inservire possit, modo emolumenta funeralia non subtrahantur Ecclesiæ Parochiali, Parochioq; cuius tunc nullum

Autoritate Consistorij quilibet sibi privatum dormitorium constitueret potest. vertitur præjudicium. Conf. ill. Dn. Stryk. cit. l. §. 12. Quid & §. seq. 13. docet, superioris sive Consistorii concessione impetrari posse, ut liceat alicui privatum dormitorum pro se suaq; familia habere, præsertim si templum nullum illic loci adsit. Alias si quis propria autoritate ejusmodi locum eligeret, id non admittetur, ut prælaudatus Dn. Strykius in not. ad Jus Eccl. Brunnen. lib. 2. c. 2. §. 12. verb. extra cœmiterium. Contendit referens casum, ubi nobili cuidam hoc denegatum fuerit, qui extra Cœmiterium locum certum ad familiæ suæ sepulturam destinaverat, cuiq; propterea in punctum, ut in proximo templo, cuius sacris haec tenus usus fuerat, funus inferret. Unde & apud Canonistas electio sepulturæ in loco minus religioso inepta reputatur. Gonzalez, ad c. 3. X. de Sept. n. 6.

Non electa sepultura sepulchrum majorum attendendum. Sepulchrum majorum quid. §. XIV. Deinde diximus §. 8. quemlibet in Ecclesia Parochiali esse sepeliendum, modo non habeat sepulchrum majorum. Hoc enim Parochiæ præfertur, si non elegerit aliam sepulturam proprio licet renuente Parochio. Murga. de benef. Eccl. cit. l. n. 704. Modo (1) constet de existentia talis sepulchri, in quo qui se fundat probari debet. Sperell. Decis. for. Eccl. 88. n. 5. (2) Cadaver absq; periculo & in commodo magno ad majorum sepulturam deferri possit. Murga cit. l. Sepulchrum autem majorum dicitur, ubi pater vel avus reliquiq; maiores elegerunt sepulturam ut tamen illa electio fuerit facta ex certo consilio, non ex accidenti seu casu, veluti quando pater in peregrinatione mortuus, & sic in loco illo ubi mortuus est, fuerit sepultus: Tunc enim hoc sepulchrum majorum haberi nequit. Id. cit. l. n. 9. Respicitur autem hic imprimis ad ascendentibus proximiores: Murga cit. l. Unde si pater & avus habeant diversum sepulchrum a sepulchro proavi, potius filius est sepeliendus in avi & patris sepulchro, quam in proavi. Idem dicendum si pater & avus diversa sepulchra elegerint. Barbosa de jure Eccl. l. 2. c. 10. n. 32. Ubi addit hanc rationem, quod sepulchra inter mortuos comparantur domicilio inter vivas, filius autem sequatur domicilium Patris

tris & non aliorum ascendentium l. *Assumptio ff. ad municip. qvæ certe ratio melior est, quam Petri de Anchor, qui in c. 15. qvæ de Sepult. in 6. vers. secundum qværo. n. 4.* Facete ait, quod si antiquorum sepulchrum paterno esset præferendum, oporteret quære agrum Damascenum, ubi ortus est Adam, communis omnium Parens. Emendare tamen hanc ipsam rationem voluit. Alex. Sperellus *Decis. cit. n. 9.* inqviens, quærendum potius esse montem Calvarium ubi Adam sepultus, cum hic de sepultura non de ortu tractetur. Sed has ineptias retulisse est refutasse.

Sepulchra hereditaria & familiaria.

§. XV. Cæterum hodie notiora sunt sepulchra familiaria & hæreditaria Erb- oder Geschlechts-Negräbnis/ qvorum diversitas ex ipso jure Romano dependet. Illa enim dicuntur, qvæ qvis sibi suæq; constituit familiæ. Hæc vero, qvæ qvis sibi hæredibusq; construxit. l. 5. ff. de Relig. Utraq; certe latius patent, qvam ipsum sepulchrum majorum, quamvis sepulchrum familiæ qvadmodo ad majorum referri possit, cum in illud jus inferendi habeant masculi descendentes ex primo acqvirente etiam si heredes ejus facti non fuerint l. 13. C. de Relig. si scilicet familiæ vox stricte capiatur, pro agnatis, so eines Stammes/ Nahmens/ Schil des und Helmes seyn. Ill. Dn. Stryk. in Us. Modern. ff. tit. de Relig. & sumt. funer. c. 2. §. 5. 6. Qvamvis si in sensu latiori sumatur vox familiæ, omnes omnino comprehendat, qvi ex primo acqvirente ullo modo descendunt, qvod ex verbis acqvirentis dijudicandum. Id. §. 7. At hæreditarium a sepulchro majorum magis recedit, cum ad qvosvis hæredes etiam extraneos in testamento institutos transeat Thesaur. lib. 1. qv. for 11. n. 2. Gonzalez. Tellez. ad c. 1. X. de sepult. n. 7. Hæc ergo sine dubio, si non alia fuerit electa sepultura, proprio Parochiæ præferenda erit. De funeralibus hoc nihil addo, cum hac materia ad jura fructuum Parochialium pertineat.

§. XVI. Atq; hæc de jure Parochiali circa Sepulturam competente sufficientant. Ultimo illud inquirere placet, utrum Parochiæ circa cho competit jus qvoddam dirigendi exequias & disponendi de exequias. funere? Qvin Canonistæ hic aliquod jus Parochiæ suis adscribant, dubium non est. vid. August. Barbosa *Collect. Apost. Decis.* 578. De nostris Parochiis idem afferendum censeo, qvatenus

cura simul habet proprium intereste annexum, veluti de habendi funebribus concionibus, de funere solenniter ducendo, quamvis si eorum nullum versetur præjudicium, non adeo video qua ratione jus quoddam circa exeqviorum dispositionem prætendere jure possint. Nam an sint honesta sepultura afficiendi nec ne defuncti, cognitio non est Parochorum, sed Magistratum Politici, qui jus puniendi habet: Denegatio enim sepulturæ honestæ pœna est, quam non infligit, nisi qui jus puniendi habet. Sic & potestas de Ceremoniis in funere adhibendis, de concionibus funebribus ordinandis & aliis ad liturgiam pertinentibus, spectat ad Consistorium, non vero ad parochium & sic ius Parochiale ad dispositionem exeqviarum se non extendet. Ill. Dn. Stryk. cir. l. c. 4. §. 5. Cæterum quæ de Concionibus Funebribus hic afferri poterant, rectius excutientur in materia de fructibus Parochialibus.

CAP. III.

De Jure Parochiali circa benedictionem

Conjugium Sacerdotalem & Visitations domesticas.

§. I.

Jus Parochiale circa iseglogias.

Origo iseglogias.

Jus Parochiale circa proclamacionem.

Xserit quoq; sese jus Parochiale circa iseglogias va
riis modis, postquam illa semel in legem transit.
EAntiquitus enim illa videbatur esse liberi arbitrii, &
fieri solebat majoris sinceritatis declarandæ gratia,
sicuti quoq; alia negotia in publica Ecclesia seu con-
gregatione fidelium fieri solebant, veluti manumissiones &c.
Et ita nullum jus Parochiale in eam fungi poterat: Postquam
autem legibus Ecclesiasticis injuncta, & sic hodie necessario ad-
hibenda; Parochi quoq; aliquod jus sibi vindicant circa illam ob-
servandum.

§. II. Præcedere autem benedictionem sacerdotalem neces-
sario debet publica proclamatio & quidam Jura in solenni cœtu expe-
dienda a proprio Parochio, id quod quoq; sanctum legitimus in Con-
cil. Trident. Sess. 24. de Reform. c. 1. ubi ita: *In posterum antequam*
matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium Parochio tribus
continuis festiis diebus in Ecclesia inter Missarum solennia publice de-
nuncientur

nuncetur inter quos matrimonium sit contrabendum. Primo itaq;
videndum qvisnam proprie Parochus sit adhibendus; Si præ-
fertim sponsus & sponsa diversas agnoscant Parochias. Rese-
nim expedita est, ubi idem sponsus & sponsa est Parochus. Vi-
dendum itaq; utrum sponsus & sponsa in diversis locis habitent,
an vero in eadem Civitate in diversis tamen sint Parochii. Pri-
ori casu Canonistæ denunciationem in utraq; Parochia fieri de-
bere volunt. Possevin. de offic. Curat. c. 10 n. 8. Sanchez. de Marri. lib. 3. disp. 6. n. 4. Fit enim talis publicatio, ut scientes contrahen-
tium impedimenta illa detegant, sed in vicinia mulieris non pos-
sunt scire impedimenta viri & vice versa. Et haec tenus Canonum
dispositio in ratione fundata est, variisq; in ordinationibus Ec-
clesiasticis confirmata. Sic in Ordin. Eccl. Saxon. art. gener. 13. §.
So dann die neuen Eheleute/sie seyn jung oder alt/ welche sich aufzubie-
then begehren/ nicht in einer Stadt oder einem Dorffe wohnen/ soll der
junge Geselle von dem Pfarrer/ in dessen Kirch-Spiel die Jungfrau
wohnet/ so ihm verlobet ist/ ein Zeugniß nehmen an seinem Pfarrer/ da
er gebohren oder erzogen/ und sich daselbst/ als da er bekant/ auch auf-
bischen lassen/ und derhalben nachmals diesem Pfarrer ein Zeugniß von
seinem Pfarrer bringen/ ohne welches ihm der Pfarrer nicht aufbiethen
noch trauen soll. Hinc si Parochus impedimentum noverit. v.c.
quod in gradu prohibito contrahere velint nuptias, recte iis de-
negat proclamationem. vid. Carpz. lib. 2. Jurispr. Conf. tit. 5. def.
71. n. 5. Petr. Muller. de Hierologia Sect. 2. §. f. Id ipsum ejusq; Ca-
nones agnoscent Barbos. de offic. & pot. Paroch. p. 2. 21. n. 6.

§. III. Id vero minime possum probare, qvod in nostris Eccle-
siis ita rigide & stricte huic juri proclamandi insistatur, ut unice
ad Parochos restringatur, cum tamen ito sèpius accidere possit
ut denunciatio in utili & sine effectu maneat. Et e re sane Ec-
clesiarum nostrarum foret, ut hac in re Canonum dispositio-
nem rite observaremus. Hic saltim illud præmitto, qvod pro-
clamatio fit loco edictalis Citationis, adeoq; ideo fiat, ut citen-
tur omnes intra certum tempus, quorum interest, matrimoni-
um hoc non consummari. Citatio autem edictatis in iis locis
fieri debet, ubi probabiliter constat, citationem in eorum noti-
tiam venire posse, qvorum interest. Qvod si enim in locis ni-

Si Sponsa
& sponsus
in diversis
locis habi-
tent pro-
clamatio
fit utrobi-
que.

An precise
proclama-
tio facien-
da in pa-
rochie
propria.
Finis pro-
clamatio-
nis.

mis remotis, vel alias inidoneis fiat, citatos regulariter nonar-
et. Gail. i. Obs. 57. n. 1. Vid. Ill. Dn. Stryk. *Introd. in prax. c. 4. §. 3.*
Et talis proclamatio quoq; saepius fieri solet ex suggestu. Jam
itaq; si desponsato per longum tempus in aliquo Parochia vix-
erunt, non improbare possum, si tali casu proclamatio in Parochia
fiat, non quidem ex eo qvod proclamatio ad jus Parochiale ita
pertineat, sed quod omnino probabile sit, posse talem proclama-
tionem in notitiam eorum venire, qvorum forsan interesse po-

Proclama- test, & qui contrahentium impedimenta norunt. Ast ubi con-
tio ali- trahentes brevi ante proclamationem Parochias suas mutarunt,
quando tunc merito non tam ad Parochiam praesentem foret respicien-
in veteri dum, quam potius ad illum locum, ubi diutius versati sunt, qvia
Parochia omnino probabile est, ibi desponsationem rectius in notitiam e-
facienda, orum perveniri posse, quorum interest & qui impedimenta no-
scie nova runt. Sed quantum quidem mihi constat vix est ut id in no-
non dia stris Ecclesis obseretur, postquam Parochi crediderunt, jus
contra- hujus citationis partim esse juris Parochialis, adeoq; praeceps ad
henes fu- Parochiam esse adstrictum. Melius certe hac in re Pontificio-
erint. rum doctrina cohæret. Ita enim Sanchezius de Matrimonio lib. 3.
Diff. 6. n. 6. Debent, inquit, he denunciations fieri in utriusq; Parochia;

Utinam ubi diutius versati sunt, & principaliorem habent larem, & verosimili-
facienda us est fore ut sciantur impedimenta. Probatur, qvin ideo sunt, ut con-
proclama- trahentium impedimenta detectegantur; at cum brevem moram in aliqua
tio si con- Parochia contraxere, ignoti sunt, impedimentaq; ignorabuntur. Et
trakentes paucis interjectis: Hinc infertur, non opus esse fieri in Parochia, in
plura do- qua est moderna habitatio, qvia id nullo jure petitur & esset nimium mul-
micilia ha- tipicare denunciations. Hinc & porro inferunt Canonistæ, qvod,
beant. si contrahentes plura habeant domicilia seu Parochias, facien-
Quenam dæ sint ejusmodi denunciations in ea, in qua diutius habita-
Parochus runt, vel potius in ea, in qua verosimilius est sciri impedimenta.
ante pro- Barbos. de eff. ut potest. Paroch. p. 2. c. 21. n. 18.

clamatio- §. IV. Equidem in Ord. Elect. S. ix. art. gen. 1.; sancitum lego,
nem obser- das wenn neue Ehelente/sich bey dem Pfarrer jedes Orts anmelden/joll
vare debe- der Pfarrer sie eigener Person/ und da sie noch im Jungfraustande auch
at sec. Con- ihre Eltern/Wormünde und nechste Anverwandte/so bey dem Verlobniß auch
sit. Saxon. gewesen zu sich erfordern/ und sie befragen/ ob das Verlobniß mit der
Eltern

Eltern Vorwissen und Bewilligung geschehen / ob sich keines unter
 ihnen beyden hiebesorn mit einander ehlich verlobet / ob sie einander
 nicht mit Blutfreundschaft oder Schwägerschafft verwandt / daß sie
 nach Göttl. und Kaiserl. Rechten ic. einander nicht ehlich beywohnen
 könnten / und da zwischen ihnen eine Freundschaft in welchem Gradu
 &c. Porro quoq; in eadem constitutione injungitur Parochis,
 daß die Pfarrer sich mit Fleiß erkundigen sollen / ob sie öffentlich in der
 Kirchen mit der Gemeine Gottes das Hochwürdige Sacrament des
 Leibes und Blutes Christi empfangen haben / und da es junge Leute / ob
 sie auch ihren Cathechismum gelernet / ohne dessen Erkenntniß sie nicht
 aufgebothen werden sollen. Conf. Zepper. de Polit. Eccl. lib. 1. tit.

15. Schulz. in *Synops. instit. pe Nupt. lit. a.* Idem quoq; constitutum
 est in *Ordin Eccl. Magdeb. c. 10. §. 14.* Verum hæc qvidem eo con-
 ducunt, ut Parochus possit exquirere de impedimentis, quan-
 tum qvidem in sua Parochia de iisdem constat. Sed illa tamen
 difficultas superest, qvod non semper de illis constare possit in
 præsenti Parochia, cui difficultati vix commodius succurri pos-
 se reor, qvam si denunciations iis locis instituantur, ubi proba-
 bilius sciri impedimenta possunt, ne alias in meram transfire vi-
 deantur ceremoniam.

§. V. Cæterum præter proclamationem in nonnullis locis *Quatenus*
Parochus exigunt solet præsertim in pagis, ut Paroch, loci ipsiis intersit spon-
 salibus, qvo eo magis omnis removeatur clandestinitas, ut ex- *sponsati-*
prese constitutum in der renovirten Fürstl. Wolffenbüttel. *Verbus inter-*
ordinung wegen verbothenen heimlichen Verlobungē de Ao. 1693. d. 4. *esse debeat*
 Jan. ibi: die Leute auff dem Lande mit Zuziehung ihres Pastoris
 und Seel-Sorgers in einige Verlobnīß sich einlassen sollen ic.
 Qvod ad hoc omnino conductit, ut eo minores fraudes possint
 concurrere, qvamvis alias consensus & præsentia Parochi de es-
 sentia sponsaliorum non fit.

§. VI. Apparet quoq; ex fine prædicto proclamationum, eas *Ubi adhi-*
tantum in casibus ambiguis necessarias esse. Nam ut optime a- *benda pro-*
nimadvertisit Ill. Dn. Stry. in *not. adjus Eccl. Brunnem. lib. 2. c. 16. §. 6. clamatio*
 si satis constet, inter partes despontatas nullum impedimentum
 vel sanguinis vel alterius despontationis vel Clandestinitatis ad-
 esse, etiam sine proclamatione publica benedictio facerdotalis

*Confistorij
dispensati-
one remit-
titur pro-
clamatio*

*constitutio
Joannis
Friderici
Ducis
Brunsvic.
& Luneb.*

cedi potest; frustra enim adhibetur hoc, cuius nullus superest effectus. Ut plurimum tamen specialem Confistorii dispensationem reqvirunt, vid. Carpz. lib. 2. def. 139. præsertim si publicis Constitutionibus Ecclesiasticis universaliter & absq; limitatione proclamationes injunctæ fuerunt. Exstat Johannis Friderici Gloriosæ memorię Ducis Brunsvicensis & Lüneb. Constitutio von den Privat-Copulationen de anno 1675. d. 15. April, ubi omissione proclamationum diserte inhibetur: ita enim ibi disponitur,

